„feri Strakonienſis ordinis hoſpitalenſis Iheroſolimitani finitus eſt liber iſte feria Sexta post feſtum S. Michaelis Archangeli per me johannem hofmulner de Weytra tunc temporis cooperator divinorum (~~cōmunis~~) in Waydhofia super Tya de anno domini 1437. Authorem floruiſſe ſoeculo XIV dicit Krauſius p. 179.

Cod. CCLVI.

B 34.

part: membr: part: chart. Fol: sec: 14.

1. Fol: 1^a – 89^b.

Mathæi de Cracovia Expoſitio Pſalmi: Beati immaculatis.

Mathæi de Cracovia expoſitio Pſalmi: Beati immaculati in via. Incipit: "Tria sunt, que mentem hominis reddere poſſunt affectam ad deſiderandum noticiam hujus pſalmi." Inter opera quidem Mathæo ab eruditis tributa non reperitur; elenchus tamen aſſeri antico codicis inſcriptus eundem authorem nominat.

2. Fol. 95^a – 151^a.

Guilielmi de Lancea Dieta salutis.

Guilielmi de Lancea dieta salutis. Rubrica prologi, qui errore librarii ad calcem operis rejectus eſt, sonat: "Incipit tytulus operis triumphalis via vel dyeta salutis vocatus et primo prohemium"; ejus autem initium: "Hec eſt via ambulate &c. Magnam miſericor-

"diam facit." Dicta authorem esse Guilielmum de Lancea ostensum est in Cod: LXX. n. 1.

3. Fol: 154^{a}- 184^{a}.

S: Thomæ Aquin: liber de perfect: vitæ spiritual:

S: Thomæ Aquinatis liber de perfectione vitæ spiritualis. Rubrica est: "Incipit liber de perfeccione spiritualis vite editus a fratre Thoma de aquino ordinis predicatorum capitulum primum que sit auttoritas /: authoris :/ intentio." Initium est: "Quoniam quidam perfeccionis ignari." In fine explicit libellus de perfeccione vite spiritualis In nomine dom. amen. Anno domini M°ccc°. Nonagesimo VIII°. Genuinum esse probat Quetif: T. I. p. 335.

4. Fol: 184^{a}— 205^{a}.

Henr: de Hassia tract: de contractibus.

Henrici de Hassia tractatus de contractibus. Incipit: "In sudore vultus tui etc. Tanta erat illius prime transgressionis culpa". Henricum esse hujus tractatus authorem manus coæva codici nostro inseruit, et testatur Bern: Pez: Anecdot: T. I. in dissert: Isag: p. 79.

Cod: CCLVII.

Chartac: Fol: Sæc: 15.

B
35.

1. Fol 1^{a}- 8^{a}.

S. Augustini liber de cura pro mortuis.

S. Augustini liber de cura pro mortuis. Præmittuntur quædam ex ejusdem libris retractationum, opusculum de cura pro mortuis concernentia; tum opus nostrum sequitur, quod incipit: "Diu sanctitatis tue venerande coepiscope pauline". Extat inter opera ejus edit: Maurian: T. VI. col. 515.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 256

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27608

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)